

## No. 264. 1284. 30. Dec.

*B. Withego befiehlt dem Pfarrer zu Dresden diejenigen seiner Parochianen, welche Weinberge besitzen und bebauen, an den Sonn- und Festtagen zur Entrichtung des dem Bischofe schuldigen Zehntens binnen der nächsten zwei Monate nachdrücklich zu ermahnen.*

W. dei gratia Misnensis episcopus plebano in Dresedem salutem in domino. Cum ex constitutionibus tam novi quam veteris testamenti decimas, primitias et hostias sacerdotibus dominus dari iusserit, ad solutionem earum constat quemlibet obligari, illustris quoque princeps dominus H. marchio Misnensis de bonis suis liberis obligaverit decimas se daturum. Igitur cum iure ipso ad praestationem earum ceteri obligentur, in virtute sanctae obedientiae vobis praecipimus et mandamus, quatinus omnes parrochiales vestros vineas habentes et colentes singulis diebus dominicis et festivis publice commonitos habeatis, ut infra hinc et synodum proximam celebrandam Misnae proxima quarta feria ante Laetare<sup>a)</sup> de vineis quam debentur decimam nobis solvant et satisfaciant de retenta, ne contra ipsos ex tunc districtius procedere compellamur. Datum Lubeniz<sup>b)</sup> anno domini M°. CC°. LXXXV°. III. Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno XIX.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem beschädigten Siegel an einem von der Urkunde losgetrennten Pergamentstreifen.

a) Mittwoch den 28. Febr. b) Leubnitz bei Dresden.

## No. 266. 1285. 6. Aug.

*B. Withego verspricht denen, welche bussfertig die Domkirche und das Grab des B. Benno besuchen und zum Bau der erstern etwas beitragen, 40 Tage Ablass.*

Withego dei gratia Misnensis episcopus universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem in omnium salvatore. Licet is, de cuius munere venit, ut a suis sibi fidelibus digne et laudabiliter serviatur, multo maiora retribuat, quam valeant promereri, cupientes tamen quoslibet Christi fideles quibusdam muneribus illectivis ad pietatis et karitatis opera invitare, ut ecclesia sancti Johannis apostoli et evangelistae sanctique Donati martyris in Misne et sepulchrum beati Bennonis episcopi in eadem ecclesia collocati congruis et condignis honoribus et ferventiori devotione frequentetur, omnibus vere poenitentibus et confessis, dictam ecclesiam et sepulchrum devotionis causa visitantibus, vel qui suas in subsidium fabricae ibidem elemosynas fuerint elargiti, singulis diebus, quibus venerint, auctoritate a deo nobis tradita quadraginta dies de iniuncta ipsis poenitentia misericorditer relaxamus. Datum Misnae anno domini M°. CC°. L° XXX° V°. VIII°. Idus Augusti pontificatus nostri anno XIX°.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem wohlerhaltenen Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

Asciani montes pietat. p. 651. — Horn Henricus ill. p. 120.